

imploretis auxilium Dei. Nomen autem *Hebraeum*, uti Aug. hic inquit, ad Judæos, nomen *Græcum* ad gentes pertinet, ut ostendatur, ejusdem fidei & Spiritus unitas, aut spiritualis unio Judæorum, & Gentilium fidelium: Argumentatur autem Ap. h. l. à signo, vel effectu, ad causam, vel potius ad causæ ostensionem. Nam particula ὅτι, non infert causam missionis Spiritus S. in corda nostra, sed causam cognitionis, quæ ex effectu, vel à posteriori, colligimus, Deum jam ante misisse Spirit. S. in nos, qui nos filios factos, doceat clamare, devoto & filiali affectu, Ἀββᾶ ὁ Πατήρ. Clamor autem ille non est tam oris, quam mentis.

II. Sese per Apostrophem convertit ad quamcunque animam fidelem, tristem, afflictam, & dolentem propter peccata, & objicientem, quod non sit Filius, & hæres Dei propter Christum, eamque sequi, argumento erigit, & consolatur in singulari numero:

Deus misit Spiritum Filii sui in tuum Cor,

E. Tu non amplius es servus, sed Filius. Si verò Filius, etiam hæres Dei es per Christum.

Antec. (1.) proponit v. 6. implicite Deus misit Spiritum Filii sui in tuum Cor. (2.) Probat. Nam Spiritus S. facit, ut tu in angustiis & tentationibus clames Ἀββᾶ Πατήρ, quod prop. v. eodem.

Conseq. proponit v. 7. ὡς ἐκ ἐπιεὶ δούλου, ἀλλ' υἱός. ἐξ δὲ υἱός, καὶ κληρονόμος. Οὗτος δὲ χεῖρ. Ubi hæreditas coelestis commendatur (1.) à causâ efficiente, quia est hæreditas, quam Deus dat (2.) à subjecto, quod non est δούλος, qui mundo & peccato adhuc servit, sed filius Dei adoptivus. (3.) A causâ meritoriâ, quæ est Christus. Nam dicit Ap. per Christum. Hac consolatione si non sustentaretur mens tristes, in miseris, persecutionibus, angustiis, & tentationibus, in illis non posset non exanimari.

OBJECTIO III

Nos servidimus iis, qui naturâ non sunt Dii: Nos, suimus

174